

anno 1426. = 264. str. 117

Littere Sigismundi Imi Regis Poloniae
ad Valterum Magistrum Cruciferozum
Lithoniae

131
Spectabilis & Magnifice domine amice nostro
dilecte salutem & plurimam felicitatem. Accepi-
mus his diebus literas a Magnificencia vestra
quibus repetit & in memoriam reducit, fuisse utrin-
que tempus constitutum, videlicet festum Purifi-
cationis Sanctae Mariae, quo limites inter Mag-
num Ducatum nostrum Lithoniae & ditionem
Magnificencie vrbis, atque Ordinis Livoniani,
revideri distinguere, & stabiliri debeant quo scilicet
incole, utrinque in pace, & mutua benevolentia
agere & vivere possent. Addit praeterea non per eam
neque ped commissarius eius quos iam illuc pro-
ficiscentes, ex itinere revocavit stetit, quo minus
negotium dictorum limitum transigeretur. Sed ped
Senatores Lithoniae, quos ad id munus obun-
dum delegaveramus, qui ad praedictum tempus
nusquam comparuerant, praeterea rogat, ut sub-
iectis nris Magni Ducatus Lithoniae publicis
& privatim imperavimus, ut avi & iniuriis tem-
perant, tantisper, dum limites revidentur, & fir-
mabuntur ad extremum cupit, ut ei per nun-
tium eius, de toto eorum negotio responderemus.

Primum omnium itaque scire velit Magnificencia vestra. Nos simul & nostros, quos ad eam rem designaveramus, probe meminisse temporis, ex utriusque nostrum sententia constituti limitum revidendum. Et nihil aequo concupisse quam ut dissensionibus & controversiis de talibus limitibus, atque annis emergentibus, debitas tandem finis imponeretur: Sed dum id per nostros Consiliarios ad predictam diem perficere conaremur, intervenit tam ingens, tamque intollerabile atque insperatum malum, Magni Ducatus nostro Lithoniae ut postpositis aliis omnibus rebus eidem malo resistere, inevitabilis necessitas nos coegit. Quod quidem malum tametsi non dubitamus, tam manifestum tamque famosum fuisse, ut etiam ad notitiam Magnificencie vestrae, & fratrum ordinis eius, pervenerit. Tamen quo rem apertius agnoscat paucis attingemus. Continui praedones dominiorum nostrorum Tartari praeter omnem opinionem intempesta hyeme & stationibus suis prosilientes, magno numero in eundem Ducatum nostrum subito irrumperant, & magna strage edita, magnaque praeda coacta

575

tam celeriter rem confecerunt, ut parum abfuit, quin
impune transirent, sed illas est Deus perfidiam
eorum. Quippe sub id tempus, quo negotium limi-
tum tractandum erat, gentes nrae ducatus Lithoa-
niae iussu nro simul & majoris moneti spe existi-
mantes hostes persequi & illis, quam limites
distingueve, quod alio tempore fieri poterat, singula-
ri gratia & benignitate Omnipotentis Dei, sed
ad hostem insequendum provenerunt & ad seutum
fuderunt, ceciderunt & intelligaverunt multis cap-
tis, pluribus infectis praedaeque omni recuperatae.
Quam quidem rem nobis tam commode assidue
credimus quod Magnificencia vestra pro veteri eius
in nos benevolentia nobis fauebit, tum etiam secum
expendet quod non negligentia aliqua, sed justissi-
mis causis hoc negotium revidendorum limitum,
ad tempus a nobis constitutum, non est effectum
consecutum. Neque inter ceterorum multitudi-
nem negotiorum, quibus nunc obviamus & modo
id agimus, ut tandem talibus limitibus reviden-
dis & firmandis finis imponatur. Constitui-
musque Oratorem nostrum isthuc ad Magnificen-
tiam vram ex magno Ducatu nro Lithoaniae
brevis mittere qui de commodo tempore, ei rei
cum ea tractet & concludat, postulamus itaque

a magnificentia v^{ra} sufferat parumpet simul
& contineat suos avi, quandoquidem & nos n^{ros}
continebimus, & limites ites suum & n^{rum} Domi-
nium sibi sola cum suis subditis non consti-
tuat nec designet. Nam quod quevelas suorum
in interiori scedula descriptos nobis significavit,
scial non paucioribus quevelis nostro v^{rum}
etiam, aures n^{ras} continue obtundi. Quervantur
enim nostri se exterris suis per officiales & sub-
ditos v^{ra} Magnificentie extrudi, homines
illovum abduci, cedes & injurias multas committi
ditionem n^{ram} indies magis occupari. Non da-
bitamus quin intoto isto negotio ita se geret
magnificentia vestra, quemadmodum de eius
virtute & prudentia iam pridem per suasum
habemus, quam felicitet valere cupimus
Datum. &c